



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

117. Fer. 6. Omnis paßio mea collata Paßioni Christi, nihil est.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

quia moriebatur, non ut homo, lentè deficiendo, quod movit Centurionem, ut Filium Dei confiteretur: atque ad indicandum his clamoribus obedientiam suam, desiderium salutis hominum, amorem suum erga Deum, & promptitudinem, quâ vitam dabat: ideo ait Tertul. contra gentes, *Spiritum cum verbo dimisit, prævento carnificis officio.* S. Athan. addit. *In eo spiritu omnes homines apud Patrem deponit, commendat per ipsum, & cum ipso.* Fuit hîc Christi perfecta Corporis, Animæ, omniumque rerum temporalium & spiritualium, quæ Deus non sunt, resignatio. O quam bonum, esse in manu Dei! Nihil unquam melius mei est, quam dum totum Dei est. Extincto calore naturali, dicitur corpus mortuum: extincto amore proprio, verè mortui sumus. Extinguitur amor proprius imitatione septem resignationum Christi duplici meditatione propositarum. Egone ut aliquid ei negem? qui pro me dedit omnia cum vita etiam in SS. Eucharistia, quam D. Paschas. de Pass. Dom. vocat *Natalem Calicis*, D. Cypr. *Mortificationis exemplum de Pass. D.*

## MEDITATIO CXVII.

*Feria 6. Dom. Palmat. seu Parasceve,*

*Omnis passio mea, collata Passioni  
Christi, nihil est.*

vi

*Feria 6. Dom. Palm seu Parascev. 205*

**V**idebo è lacero Christi corpore plura bona manantia, quam ex igne flammæ, è floribus odores, ex Sole radij: quia tam copioso munere ipsa redemptio agitur, ut homo Deum valere videatur, ait Euseb. hom. 6. Petam fieri particeps fructus Passionis Christi.

*Conf. 1. D. Jesu caput coronatum spinis, arundine percussum, ludibrio habitum: faciem consputam, a lapidibus tumefactam, & lividam: oculos toties illacrymantes, velatos, sanguinantes, everfos, & emortuos: aures tot opprobrijs affectas, tot blasphemijs obrusas: odoratum tam fædè vexatum: gustum fame & siti afflictum, felle, aceto, & myrrhâ potatum: linguam vera semper loquentem, inter opprobria tacentem, pro blasphemis Crucifixoribus cum lacrymis & clamore valido orantem: collum conculcatum: humeros sub pondere crucis fatiscentes: manus in cruce extensas, & pedes ab itineribus fessos tam crudeliter transfixos: totum corpus tam sacrilegis manibus tam malè tractatum, sudore sanguineo madidum, flagris dilaceratum, cum cruce sæpius lapsum, toties indutum & exutum, in cruce per modum flocci laceri distractum, & extensum, frigori, ventis, cuiusvis sexui expositum, & denique cum lacrymis & clamore valido emortuum: latus, & cor immani lanceâ transverberatum, unde exivit*  
*san.*

206 FERIA 6. DOM. PALM. SEX PARASC.

sanguis, & aqua: sic denique rebus omnibus spoliatum, ut à morte volucibus & bestiis ad devorandum fuerit derelictus, nisi quidam pietatis intuitu eum sepulchro alieno condidissent. Si te Iesu, pro me sic afflicte, siccis oculis aspicio, nã cor meum durius est cruce, & clavis tuis. O parce ab usibus membrorum corporis mei.

*Conf 2.* Omnes difficultates, quæ mihi evenire possunt, quas donec passus fuero tantum, quantum Christus, & adhuc amplius, an dici possim aliquid passus? cum si ego Deus essem Dei, amplius pro me pati non posset, quam passus sit Filius Dei pro filio Diaboli. Quod si dolores omnium Martyrum, collati doloribus Christi, nihil sunt, quid erit hoc, quod ego patiar? imò nec, sicut oportet, patior. En Dominus meus *Quantum laboravit sustinens!* Bern. ser. 12. in Cant. *Colloquium ad immitabilem Charitatem Dei:* quia pro inimicis mortui: Nos enim pro Deo inimico animam ponere nunquam possumus: quia nisi nos amet Deus, nemo hoc faciet. O si fieri posset, ut sine tua injuria tuo cum auxilio inimicum te habere possem, mi Deus, ut pro te inimico moriens numeros omnes, saltem ex hoc capite, explerem Charitatis. Sed tu jubes, inimica mihi ut amem; volo, Domine: da quod jubes, ut hanc crucem semper bajulem,

julem, in pedibus humilitatē, & Obedientiā,  
in capite sapientiam, in corde charitatem, in  
dextra justitiam, in sinistra fortitudinem.

## MEDITATIO CXVIII.

## Sabbato Sancto.

*Septem Abyssi B. Virginis dolorum, ex  
moriente, & mortuo Filio.*

**V**idebo Ministram Sacerdotis Magni di-  
midia parte animi superstitem: quia al-  
teram sacrificatam in igne flammeo, qui de  
latere Domini exire visus à B. Mechtilde. Pe-  
tam sentire affectus Matris dolorosæ.

*Conf. 1.* Abyssum dolorum ex moriente  
Domino. Doloris gladius, qui Christo in cru-  
ce mortem attulit, Matris animam in ejus  
mœrore transfixit, ait D. Paulin. Epist. ad Aug.

*2.* Abyssus. Ex vicinitate. Gravius pungit,  
quod est vicinius cordi. Nunquam Deiciidū  
vidit ullus, nunquam Filium miseriorem,  
nunquam tristiozem Matrem, presentem.  
nec succurrere valentem. Vulnere Filij mo-  
rientis erant vulnera Matris dolentis.

*3.* Ex mutuo aspectu. Natabant Christi  
oculi in sanguine, & lacrymis, expresso dein-  
de cruore Matrē aspiciens, tantū indoluit,  
ut omnis dolor vulnerum ejus visus sit quasi  
sopiri. Lib. 1. Rev. S. Bugit. c. 27 & 35.

*4.* Abyssus. Ex pugna cum dolore. Chri-  
stus

stus